



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

4. An contractus jure civili irriti, principaliter in favorem publicum, juramento confirmentur? & qui contractus prohibeantur in bonum Reipublicae, primariò autem in bonum privatorum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

mentum vim aliquam habeat ad confir-
mandum contractum, sine dubio id habe-
bit ex dispositione juris humani: pro cujus
quæstionis decisione: an scilicet jus huma-
num dederit ei aliquod particulare privi-
legium ad hunc effectum producendum.

4. Refero sententiam comunissimam:
nempè contractos irritos principaliter
ob favorem publicum, juramento non
confirmari; quando tamen secundariò
prohibentur ob publicam utilitatem, pri-
mariò autem ob utilitatem privatorum,
juramento confirmari. Hæc quidem quo-
ad illa verba communis est, nam pleriq;
dicunt confirmari juramento: sed non a-
deò communis quoad rem significatam,
nempè secundum eam significationem,
ut scilicet eo accedente contractus fiat va-
lidus in se, & in ratione contractus, ita ut
sublatâ obligatione juramenti maneat
adhuc obligatio contractus: nec enim hoc
exprimunt ita clarè DD. Tenet tamen in
hac stricta significatione, Panor. *l. cum con-*
ting: de jurejur: n. 8. & q. 2. n. 9. fundamētum
sententiæ suæ desumens ex parte jurantis,
quod nullus privatus possit renunciare fa-

vori publico, seu favori legis immediatè
 prospicientis bono communi. *L. jus publi-*
cum ff. de pactis. cap. si diligenti de foro compet.
 & quod talis actus utpotè bono commu-
 ni obsistens, hoc ipso sit contra bono-
 mores naturales, ut proinde juramentum
 illi adjectum, obligationem nullam in-
 ducere possit. *cap. non est obligatorium. de R.*
1. in 6. secus si contractus principaliter
 prohibitus fuerit ob utilitatem privatam,
 & bonum cuiusq; civis, tunc enim, ut di-
 xi, juramento firmari potest, per *cap. 2. de*
pactis in 6. & Authen: Sacrament: puberum. ubi
 contractus favore minoris nullus jura-
 mento confirmatur, & *cap: cum contingat.*
h. tit. ubi alienatio fundi dotalis favore
 mulieris nulla similiter juramento con-
 firmatur. Ratio quia unusquisque potest
 renunciari favori pro se per legem intro-
 ducto. *cit: cap. si diligenti: & præjudicium*
 boni comunis cum eo casu sit modicum.
 Jus Canonicum non curat. Confirmatur
 itaq; contractus, nisi reprobatus sit odio
 creditoris in cuius favorem præstatum
 quia in eo fit turpitudine: nam licet jura-
 mentum servandum sit, donec relaxetur.

ne DEUS in falsum testem adducatur, tamen tunc contractum non confirmat, ne sit vinculum iniquitatis. contra *cap: quanto: 18. h. t.* debet autem turpitudine ista esse de jure naturali vel divino: nam si sit de jure humano, juramentum confirmat contractum, quia supplet vitium. *cap: quamvis de pactis. in 6.* purgatq; vitium nullitatis jure civili inductæ, facitq; ut occasione juramenti eodem loco sit, quo esset, si juseum non reddidisset irritum. ita Panor. quem sequitur *Mol: disp: 148.* Sanch: *lib: 3. de jure. cap. 12. n. 11.*

5. Sed reverà stando in jure, videtur omninò probabilius contractus civili jure nullos non confirmari juramento, eo modo, quo hæc sententia explicat: & probò. quia nullum habemus certum hujusce rei ex jure fundamentum. Nam jus Canonicum nec potuit, nec voluit contractus reddere validos: prior pars ostenditur, quia civiles laicorum, contractus non subsunt dispositioni juris Canonici, nisi quatenus hoc requirit salus animarum, ut suppono ex *lib: 1. decret. tit. de constit.* & video passim placere recentioribus